

Primum de Anima

est de numero honorabilium ergo non est de numero utilium maior patet quia delectabile utile et honestum diuidunt bonum. Item alie scientie sunt perfecte ergo non indigent ista scientia alias essent insufficientes.

Tertio principia aliarum scientiarum non possunt ostendi nisi forte per metha. vel logicam ergo ista scientia non valet ad alias scientias et hoc est contra algazelem dicentem omnes scientias valere ad methaphi. Item multi videntur esse boni morales vel mathematici nescientes librum de anima unde in lib. de anima videntur esse potius opiniones quam scientie unde quidam dicunt potentias non distinguuntur ab anima. Et quidam dicunt in eodem esse plures animas. Alij autem tenent oppositum. Et ex hoc dicit Dekam in principio dialogi in anglia ortum fuisse magnum scandalum quia quidam dicebant quod corpora sanctorum non essent eadem numero ante mortem et post mortem ergo omnino est inutile studere in hoc libro.

Quarto arguitur quod hec scientia non est de anima tanquam de subiecto quia ens mobile est subiectum totius philosophie ergo aliquid contentum sub eo erit subiectum istius libri scilicet corpus animatum et non anima quia omnia de quibus in hoc libro consideratur ordinantur ad corpus animatum vltimate immo etiam est propter totum compositum. Item consideratur hic de operationibus sicut sunt intelligere et cognoscere Sed operationes proprie sunt suppositorum ergo proprie passiones que considerantur in hac scientia potius conueniunt animato quam anime. Item non consideratur hic de qualibet anima ut patet de separata. Item anima intellectiua ut sic nullius corporis est actus Item phisicus non per se considerat deum quia est de ordine immaterialium ergo nec de anima. Item anima ut sic abstrahit a materia alias non posset separari ergo non est phisice considerationis absolute.

Quinto arguitur anima non est vniuersale ergo de ea non est scientia nisi per quod non ponit per se directe in predicamento. Item anima non est primum notum in hac scientia ergo non est subiectum in ea. nisi per quia compositum est notius ea consequentia probatur quia subiectum debet esse primo notum.

Sexto arguitur quod non sit honorabilior quia secundum simplicium logica est organum totius philosophie unde Albertus super porphirium inquitur an logica contineatur sub scientia practica vel speculatiua. Et respondet quod non sed sub organica. Et etiam dicitur esse scientia scientiarum ergo est honorabilior ista. Item nobilitas scientie est ex obiecto sed alie partes philosophie naturalis habent nobilius obiectum scilicet totum compositum ut liber de animalibus. Et liber de celo et mundo qui considerat corpus ingenerabile et incorruptibile. Item theologia est honorabilior et melior unde propter hoc vinum optimum quidam dixerunt theologale unde theologia alijs imperat ideo quidam egre ferunt cum logici dicunt propones biblie de rigore falsas ut ceci vident quia propter regulas ad placitum positas reprehendunt dominam. S. T. i. parte. q. i. ar. v.

Septimo primo eth. dicit phi. quod scientia moralis. scilicet civilis est principalissima et maxime architectonica quod probat quod ipsa est ordinatrix omnium aliarum vnde princeps instituit quod parisijs non legantur leges ergo scientia moralis est maxime honorabilis. Item honor est premium virtutis sed finis ethice est facere homines virtuosos ergo est magis honorabilis sed contra nulli inanimato

debet honor cum exhibeat in signum virtutis ergo nulla est honorabilis distigue vel tanquam cui libet tanquam ratione cuius honoratur. c. pcedo. Item subiectum ethice est nobilius. scilicet homo ut est felicitabilis hoc enim est quod nobilius scilicet homo ut est felicitabilis hoc enim est quod nobilius quam anima vel saltim equum nobile. Forte dicitur quod subiectum eius est operatio humana ordinata in finem. Contra Artes etiam mechanice sunt de operatione humana. Item ridere est operatio hominis in quantum est homo et tamen de hoc non est ethica.

Octauo arguitur quod scientie practice sunt honorabiles quia secundum philosophum honor est premium virtutis sed omnis scientia est virtus scilicet intellectualis igitur. Item medicina est practica et tamen sibi debet honor. Probatur quia scriptura dicit honora medicum unde in omni facultate possunt fieri doctores quibus debetur honor igitur. Item deus est scientia practica eorum que facit ergo aliqua practica est nobilissima. Item scientia practica disponit de speculatiua ergo est honorabilior animis primo ethicorum per prudentiam legislatoris ordinatur qualiter quis discere de discipulis speculatiuas. s. t. i. iij. dis. xlix. q. i. ar. j. q. iij. 4.

Nono arguitur quod de anima non est scientia quia illud de quo est scientia est per se intelligibile. Anima autem non est per se intelligibilis cum non sic quidditas rei materialis. Item anima non potest scire se ipsam quod oportet quod intellectus sit denudatus ab eo quod intelligit ut dicitur tertio huius modo anima non potest esse denudata a se ipsa. Item tunc predicamenta essent permixta quia scientia est qualitas anima autem est substantia si ergo scientia sit in anima sequitur quod substantia et qualitas sunt permixta. Item nichil scimus nisi per sensum ut patet primo posteriori. Sed anima non est sensibilis igitur.

Decimo arguitur quod scientia de anima non sit naturalis quia non est de ente reali. Probatur quia omne ens reale est extra animam sed anima non est extra animam igitur. Item anima rationalis potest separari a materia et motu ergo pertinet ad metha. qui considerat separata a materia. Et per hoc differt a phisico.

Undecimo arguitur quod hec scientia non sit difficillima quia materia est minus cognoscibilis quam anima ergo scientia eius est magis difficilis. Anis patet quod est minus ens et in moralibus indigemus consilio propter difficultatem. s. t. xij. q. xiiij. ar. iij. Item metha. est difficillima ut dicitur. j. 2. iij. metha. Item que sunt prope nos facile est cognoscere sed anima nostra est prope nos. Item dictum est in textu quod ista scientia est nobilior alijs quoad maiorem certitudinem et obiectum ergo non est difficilior quia facile est cognoscere formam bouis sicut naturam ex secundo phisicorum.

Duodecimo arguitur quod sit practica quia est de operabilibus a nobis scilicet de passionibus in tertio de anima et de actibus intellectus et voluntatis. Item potest quis eam ordinare ad opus et lucrum. Forte dicitur quod ex parte sui obiecti non est ordinabilis ad opus et hoc requiritur ad hoc quod sit practica. Contra vel passio ex sua natura est ordinabilis ad opus vel non. Si primum habetur intentum. Si secundum ergo scientia ethicorum non est practica et ita arguitur de medicina et scientia naturali quarum utraque considerat de morte et vita sompno et vigilia. Si ergo precise ex obiecto scientia debet practica vel speculatiua sequitur quod utraque sit practica vel utraque sit speculatiua. Item si hec scientia est speculatiua hoc maxime est propter finem. Sed per quod ab eo scientia non debet speculatiua quod in mathematicis sed per philosophum non est finis neque effis